

ut eis uidebitur et tam de hoc quam de alio modo et uia que eis melior et utilior uideretur pro bono agendorum disponant et faciant sicut pro honore nostro, 15 terrore inimicorum et quiete insule uiderint expedire. Et committatur capitaneo nostro Culfi quod quocienscumque per nostros prouisores ei mandatum fuerit quod ipse cum tota uel parte armate sue uadat ad eos ire debeat et facere secundum quod ipsi ordinauerint, saluo si non haberet a dominatione aliud districtum in mandatis uel haberet aliquod alium nouum, per quod sibi uideretur pro 20 nostris periculum superesse quod possit differe iter suum et facere secundum quod negocij qualitas postulabit, faciendo hoc notum nostris prouisoribus et eundo ad ipsos post modum quam cito poterit. Uerum dicatur ipsis prouisoribus quod prouideant quod dicta armata nostra cum omni securitate qua poterunt uadat, stet et redat cauendo sibi quam plus de ponendo gentes ipsius in terram, et 25 quod ipsam retineant per quam minus spacium temporis poterunt ne facta Culfi, sinistrum aliquod supportarent.

5

Ἐπιβολή φόρου ἐπὶ τοῦ οἴνου πρὸς κάλυψιν ἐκτάκτων δαπανῶν τῆς ἐπαναστάσεως. 1343, Μαρτίου 12.

F^o 17^{to} N^o 153. Millesimo trecentesimo XLIII, die XII Martij.

Capta. Et quia omnino prouidendum est quod aliqua uia reperiatur ad recuperandun pecuniam pro expensis que pro istis factis occurrent, ne commune nostrum omnes ipsas expensas supportet; uadit pars quod dacium uini poni debeat 5 et exigi in insula secundum consilium prouisorum, uidelicet quod de toto uino quod extrahetur per portum Candide et per portus aliarum terrarum insule cum quocumque nauigio in quamcumque partem iturum extra insulam solui debeant yperpera tria pro quolibet c mistatorum et de uino quod per insulam uenditur ad spinam soluatur paruulus unus pro mensura, qui denarij exigi debeant 10 et conuerti pro expensis necessarijs et opportunis pro factis presentibus guerre. Et committatur nostris prouisoribus quod quam cito illuc applicuerint faciant poni et exigi istud dacium dicendo feudatis deinde pro parte nostra quod uigilantes ad bonum eorum et quietem insule et nolentes sicut non debemus supportare omnia onera expensarum prouidimus de hac uia et modo, quo ut putamus 15 satis erit eis leuis et in hoc non respeximus ad nostram et nostrorum aliquam grauitatem quos sic subiacere uolumus oneri dicti dacij sicut magis extraneos de mundo.

18 Non o—non sincere 3.

6

F^o 18^r N^o 154. Ἀποστέλλονται ὑπέρπυρα 23.708, γρόσια 11 καὶ μικρὰ 31 πρὸς πληρωμὴν τῶν ὀφειλομένων ὑπὸ τῆς κοινότητος Κρήτης. 1343, Μαρτίου 12.

